UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XI. Papst Bonifaz IX. gestattet dem Kloster Arendsee, daß allen innerhalb der nächsten zwei Jahre in ihre Fraternität Aufgenommene jeder Beichtvater vollständige Absolution ertheilen dürfe, am 16. ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55003

Visual Library

len wy vnnd willen en ſcheppen den eigendoem, wollbebreuet, auer dutt vorbenomede Guet van uſeme Heren den Marggreuen van Brandenborgk, vnnd alle dewiele, dat wy deſſen nicht en doen, ſo en ſchollen ſe des nein Geltt betalen vor dut vorbenomede Guet. Alle duſſe vorſchreuen ſtucke lauen wy, Herr Ludolf vnd Herr Ludolf vnnd Hans, vorbenomeden Herren Ludege tho dem Arnſe vnd Hern Hinrike, tu Dambeke Praweſten, vnd allen oren nakamelingen in guden truwen ſtede vnd vaſte to holdende. Tho einer groten Betugunge vnnd wiſinge, ſo hebben wy vorbenomeden alle vſe Ingeſegele mit wittſchop vnnd mit willen hengen laten am duſſemen Brief, de gegeuen vnd ſchreuen iſs na Godes Bortt drutteinhundert Jar, darna in dem negen vnnd ſeſtigſten Jare, des erſten Fritags na deme achten Dage des Hilligen Lichammes Dage.

Gercken's Cod. VIII, 462.

XI. Papſt Bonifaz IX. geſtattet dem Kloſter Arendſee, daß allen innerhalb der nächſten zwei Jahre in ihre Fraternität Aufgenommenen jeder Beichtvater vollſtändige Abſolution ertheilen dürfe, am 16. Mai 1392.

Bonifacius epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, dilectis in chriſto filiabus Prioriſſe et Conuentui ac uniuerſitati, nec non dilectis filiis confratribus Monaſterii Sancte marie virginis in Arnſſe, Ordinis ſancti Benedicti per prioriſſam ſoliti gubernari, Verdenſis dioceſis, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Prouenit ex veſtre deuocionis affectu, quo nos et Romanam eccleſiam reueremini, ut peticiones veſtras, illas preſertim que animarum veſtrarum ſalutem reſpiciunt, ad exaudicionis graciam admittamus. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicacionibus inclinati, ut confeſſor, quem quilibet veſtrum nec non qui dicti monaſterii confraternitatem uſque ad biennium a data preſencium in antea computandum intrauerint, duxerit ſeu duxerint eligendum, omnium peccatorum veſtrorum ſeu ipſorum, de quibus corde contriti et ore confeſſi fuerit ſeu fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem vobis et eiſdem in ſinceritate fidei vnitate ſancte Romane eccleſie ac obediencia et deuocione noſtra uel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum Canonice intrantium perſiſtentibus auctoritate apoſtolica concedere valeat, deuocioni veſtre ac ipſorum tenore preſencium indulgemus, Sic tamen quod idem confeſſor de hiis, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam vobis et eiſdem per vos et eoſdem ſi ſuperuixerit uel ſuperuixerint uel per alios, ſi tunc forte tranſſierit ſeu tranſſierint faciendam iniungat, quam vos uel illi facere teneamini ut prefertur. Et ne quod abſit propter huiuſmodi gratiam reddamini ſeu reddantur procliuiores ad illicita inpoſterum committenda, volumus quod ſi ex confidencia remiſſionis huiuſmodi aliqua forte committerent, quo ad illa predicta remiſſio vobis et eiſdem nullatenus ſuffragetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis et voluntatis infringere nec ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri ei pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum petrum XVII. kal. Junii, pontificatus noſtri Anno tercio.

Aus einem Transſumt im Königl. Sächſ. Staatsarchive in Dresden.